

absque gravi animi nostri dolore percipimus, hucusque neglecta, debitae executioni demandata non fuerit; hinc igitur est, quod Nos illius executionem pro pontificia vigilantia debito urgere intendentes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, hac nostra perpetuo vultura constitutione sancimus, decernimus, & mandamus, ut in cathedralibus quibuscumque Italiae, Insularumque adjacentium, in quibus praebenda theologalis haecenus instituta non fuerit, praebenda primo vacatura, post ejusdem praesentis constitutionis publicationem, sive ad Nos, Sedemque Apostolicam, sive ad Ordinarium illius collatio, atque provisio pertineat, ipso jure, & absque ulla alia declaratione sit, ac esse censeatur praebenda theologalis constituta. Volumus insuper, ut tam illa, quam reliquae omnes aliae praebendae theologales haecenus constitutae, & deputatae, conferri semper debeant Doctori in sacra theologia, vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat, & ceteroquin magis idoneo in formali concursu ab Examinatoribus renuntiatio, eo plane modo, quo parochiales ecclesiae conferuntur. Hunc porro in finem quotiescumque ejusmodi praebenda theologalis conferenda erit, per edictum publicum vocentur quicumque concurrere, & examini sese subjicere voluerint coram Episcopo, & quatuor Examinatoribus, etiam synodales non sint, ab eodem Episcopo actu eligendis, ac deputandis, in theologali tamen facultate licentiat, & valde peritis, sive secularibus, sive regularibus, & illi, qui in concursu ejusmodi probatus, magisque idoneus renuntiatus fuerit, praebenda conferatur. Quoties autem praebendae collatio ad Sanctam Sedem spectabit, Episcopus ad Romanum Pontificem pro tempore existentem acta concursus transmittere teneatur, ut ipse vacantem praebendam illi assignare, atque conferre possit, quem ceteris digniorem, atque magis idoneum in Domino judicaverit.

Quod si Episcopus primo vacaturam praebendam contra formam in praesenti constitutione praescriptam conferre praesumpserit, vel etiam in aliis occurrentibus casibus eandem formam observare neglexerit, illius collatio, atque provisio ipso jure nulla, & irrita, nulliusque prorsus roboris, vel momenti sit, ac esse debeat, ejusdemque praebendae dispositio statim devolvatur, & pertineat ad Sanctam Sedem, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, a quo Doctori in sacra theologia conferatur.

Ceterum, ut fructus, quem Tridentina Synodus ex praebendae theologalis institutione perceptum iri speravit, omnino re ipsa, & cum effectu percipiatur, volumus, statuimus, & mandamus, tertiam partem provenientum dictae praebendae theologalis ab Episcopo distribui, & proportionaliter applicari singulis lectoribus sacrae scripturae, quae ad praebendam, praescriptis diebus, & horis totius anni habendae erunt, ita ut si praebendatus universas lectiones habuerit, assignatas distributiones integras absque ulla prorsus diminutione consequatur; Si vero in aliqua, vel pluribus lectionibus defecerit, distributiones neglectis lectionibus respondentes amittat, quae in sacristia ecclesiae beneficium cedant, ac erogentur. In casu autem gravius contumaciae praebendati, liceat Episcopo deputare alium theologum sacerdotem secularem, vel regularem, qui jugiter supplendo ejusdem praebendati vices praefatis distributionibus potiarur.

Quoniam vero nonnulli Episcopi, sicut accepimus, ut propria incuria aliquid velamen obtendant, dilatare erectionis ejusmodi praebendae theologalis causam in tenuitate, ac insufficientiam praebendarum suarum ecclesiarum rejicere solent; nos omnem de cetero praetextum, sive excusationem in medio tollere, ac penitus eliminare volentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similiter decernimus, statuimus, atque praecipimus, quod ubi praebenda theologalis computatis etiam distributionibus quotidianis, ad annum saltem redditum scutorum sexaginta monetae Romanae non ascendat, pro summa ad hanc taxam conficiendam deficiente, iidem Episcopi unire possint, & debeant eadem praebendae ali-quod simplex beneficium, cuius supplemento praedicta summa conficiatur, primo vacaturum, in quocumque

mense, & qualitercumque, & quomodocumque Sedi Apostolicae affectum, & reservatum: ita tamen ut in tali unione illa omnia beneficia quae pro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Papae Familiaribus, Nuntius Apostolicis, atque Praelatis Congregationum, quibus iidem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales intersunt, Secretariis, in alia constitutione ad promovendam seminariorum erectionem novissime per Nos condita peculiariter reservavimus, perpetuo reservata, & excepta sint, ac esse intelligantur; & quidquid secus fieri contigerit, ex nunc prorsus irritum, ac inane, nulliusque roboris, vel momenti esse, ac fore decernimus, & declaramus.

Postremo quaecumque haecenus de praebenda theologali, & sacrae scripturae lectione sancivimus, extendimus etiam, ac admissum observari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Penitentiarum in illis cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursum, deputacionem, omniaque alia ad illius officium pertinentia, & praeter illa, quae a Nobis superius disposita sunt, ea insuper, quae Tridentina Synodus c. 8. sess. 24. de reform. de hujus ministri qualitate, etate, ac exemptione ad servitio chori constituit, exacte observari decernimus, praecipimus, & mandamus.

Decernentes etiam, praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere, nec non praemissa omnia & singula in illis contenta per eos, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, perpetuo inviolabiliter observari: siquidem, & non aliter, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis quibuscumque, aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quorumcumque personarum editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Institutum, aliisque quibusvis etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, & quibusvis aliis, sub quibuscumque verborum tenoribus, formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, vel aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, merito, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insereretur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dimittat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, illas, seu earum exempla ad valvas ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis in monte Citatorio, ac in aede Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, siquae publicatas, & affixas, omnes & singulos, quos ille concernunt, perinde actate, & officio, ac si nunciique eorum nominatim & personaliter intimatae fuissent, atque eandem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in

ecclesiastica dignitate constitutae munis eadem ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum sanctionis, institutionis, praecipit, voluntatis, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Dat. Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto; decimo quarto Kal. Junii; Pontificatus Nostri Anno primo. P. M. Card. Prodant. F. Card. Oliverius. Visa de Curia S. C. Archiepiscopus Amasenus. Loco P. Plumbi L. Martinetti. Registrata in Secretaria Brevium.

\* Hic nota ad rem, quod concurrentes ad praebendam theologalem debent esse doctores in sacra theologia, vel saltem intra annum teneantur doctoralem lauream in aliqua Universitate approbata studii generalis assequi. Nec sufficit laurea canonica ex responso Sac. Congreg. Nec etiam sufficit laurea canonica recepta ab aliquo privilegio obtinente, sed omnino requiritur obtinuisse in Universitate approbata, quod communi est omnibus beneficiis lauream doctoralem exigentibus, ut est Bulla S. Pii V. Benedicti XIV. Instit. eccles. 57. §. 4. & seq. \*

Protonotarius Canonicus non potest in functionibus, & aliis actibus publicis sibi tanquam Canonico competentibus uti habitu Protonotarii; sed suo habitu canonicali; Sac. Cong. Rit. in Arcul. 19. Nov. 1612. Potest tamen uti habitu Protonotarii in omnibus actibus non competentibus sibi, tanquam Canonico; S. C. R. in nullius Terra Pisciae 19. Nov. 1611. & in Arcul. 28. Jan. 1612. Protonotarius Canonicus, seu dignitas, si cum habitu Protonotarii intersit choro, processionibus, & divinis, non lucratur fructus, & distributiones sui canonicatus. S. C. R. in Arcul. 16. Martii 1610. & 19. Nov. 1611. & in Spoliana contra Priorem Collegiate S. Michaelis Terra Secaniae 9. Julii 1695. qui cum parere decreto recusaret, & indultum saltem praedictum habitum deferendi in choro postularet, causa reproposita 17. Decemb. ejusdem anni 1695. responsum fuit distributiones restituendas esse a die decreti, & indultum non esse concedendum. Immo in habitu Protonotarii interveniens choro, distributiones amittit non obstante consensu, & concordia capituli. Cum enim post dictam resolutionem Sacrae Congregationis, Canonici cum supra dicto Priore concordassent, quod posset dicto habitu uti in functionibus ecclesiasticis, solutis tamen annuati Sacristiae scutis quindecim loco amissionis distributionum, & concordia approbationem ab eadem Congregatione postulassent, sub dies. Julii 1696. referente clara mem. Card. Petruccio, prodiit resolutio: Non esse locum approbationi concordiae. Dignitates enim, & Canonici, ut auferantur distributiones, debent intervenire cum proprio habitu canonicali. Sac. Cong. Rit. in Militensi 7. Augusti 1621. Aliis si voluerint uti habitu Protonotarii in sua ecclesia, reputantur tanquam extranei, eisque assignatur locus non inter Canonicos, sed post ipsos Canonicos, & Abbates, & non lucrantur distributiones. Sac. Cong. Rit. in dict. Arculana 16. Martii 1610. & in dict. Militensi 7. Aug. 1621. Possunt tamen dignitates, & Canonici Protonotarii in ecclesia uti subtrana violacea, licet reliqui Canonici deferant nigram, dummodo in reliquis gerant habitum similem, & aequalem aliis canonicis. Ead. S. C. R. in Panormitana. 14. Januarii 1616. & 11. Decemb. 1627. Non possunt veto uti rochetto sub cotta, dum in choro assistant horis canonicis. Ead. S. C. R. in Tricari. 15. Martii 1614. Protonotarius, si sit prima dignitas, potest in choro deferre rochetum cum manteleto; si vero non sit prima dignitas, sed deinde in suo stallo cum suo habitu canonicali. S. C. R. in Clamacen. & Neocastren. 21. Augusti 1601. Protonotarius utens habitu Protonotarii, & Praelati, etiam si non sit prima dignitas, debet praecedere Archidiacono primae dignitatis, dummodo tunc non lucratur distributiones quotidianas. S. C. R. in nullius Terra Pisciae 15. Januarii 1611. Sed non potest uti dicto habitu in processionibus, & in aliis actibus publicis, in quibus cum capitulo

lo intervenit. Sac. Cong. Rit. in Arculana 19. Nov. 1611. (Vid. in addit. hisp. verb. Protonotarius titularis.) Indultum jubilationis, quod est ecclesiae odiosum, & ideo parce concedendum, non consistit de laudabili servitio ecclesiae per 40 annos praestito, ac de aliqua alia commiserationis causa, puta infirmitatis habitualis, vel senectutis, quae una cum laudabili servitio concurrere debet, non solet, neque debet concedi, ut fuit ponderatum a Sac. Cong. Conc. in Macerata. Indulti 8. Martii 1698. in qua indultum per subreptionem jam concessum, fuit revocatum. Unde advertendum est, quod ex tempore laudabilis servitii ecclesiae quadraginta annorum, propter quod solet a Sac. Congregatione concedi indultum jubilationis, est deducendum servitium praestitum tempore clericatus ante adeptam praebendam, quod non computatur ad favorem indultum petentis, ut respondit Sac. Congreg. Concil. in Trident. 13. Januarii 1703. Neque valet indultum jubilationis post quadragenarium servitium, si sit concessum a capitulo, & non a Sacra Congregatione, quia Canonici non habent hanc potestatem, sicut nec possunt concedere Canonice absentibus, quod participent de aliqua parte distributionum, non obstante consuetudine, ut respondit Sac. Cong. Conc. in Segobien. 15. Decemb. 1703. Concesso igitur legitime alicui Canonico a Sacra Congregatione indultum jubilationis, talis Canonici jubilatus debet participare de distributionibus, de quibus participant alii Canonici choro, & divinis intererentes, etiam de illis, quae ob aliorum absentiam Canonice interessentibus accrescunt. Dicitur enim ecclesiae per gloriam adhuc inservire, qui post diuturnum servitium, senio confectus, ex licentia Summi Pontificis quiescit ad instar militis veterani, juxta, text. in l. 1. cod. de veteranis lib. 12. tit. 47. Et sic censuit Sac. Cong. Conc. in Viterbien. 26. Aug. 1628. in Romana 13. Maji 1651. in alia Romana 19. Aprilis 1692. & in Aquipendii 13. Martii 1697. Etiam si distributiones essent auctae post obtentam Jubilationem, quia participat de augmento; eadem Sac. Cong. Conc. in Lunen. Sarzanen. 16. Maji 1685; in Bonon. 16. Jun. 1696. & 20. April. 1697. Indultum Jubilationis concessum Canonico suffragetur pro participatione fructuum, & distributionum, etiam extraordinariorum, & dictae distributiones sunt per Canonicos restituendae a die intimati Indulti. Sac. Congreg. Conc. in Barga S. Domini Jubilationis die 19. Aprilis 1704. ubi propositis infrascriptis Dubiis; Primo: "An Indultum Jubilationis concessum Razzino sub die 29. Aprilis 1702. suffragetur pro participatione omnium fructuum, & distributionum etiam extraordinariorum, & contentarum in decr. bon. mem. Episcopi Pallavicini? Et quotenus affirmative. Secundo: An dictae distributiones veniant per Canonicos restituendae a die intimati indulti?" Eadem Sac. Congreg. respondit Affirmative ad utramque. Et sic in simili jam responsum fuerat ab ead. Sac. Cong. Conc. in una Alexandrina, ubi cum dubitaretur: "An Canonici legitimis ex causis absentes, quando non amittunt proprias distributiones quotidianas, debeant etiam lucrari, & participes esse pro rata distributionum aliorum Canonicorum absentium absque legitima causa? Et an praedicti Canonici legitima ex causa absentes, ac proinde non amittentes proprias distributiones, ut supra, debeant illas recuperare ab aliis Canonice, inter quos divisae fuerant, an etiam possint ab universo Capitulo repetere?" Sac. Cong. &c. die 29. Septemb. 1657. Ad primum respondit deberi hujusmodi Canonico etiam punctaturae absentiae. Ad secundum, posse repetere etiam a capitulo." (Quisere ad instar militis veterani Jubilatum n. 104. asseritur: magistris scientiarum etiam convenit, eo quod multis privilegiis Doctores universitatum ornati, lex 8. t. 31. p. 2. confirmata: olim fuit per eandem l. determinatum equium, id est, militum magistris vid. tit. 21. ejusd. p. legumque dominos denominari: si ad iudicem praepto cum sint, hunc cuncte assurgere debere, & curare ut sedem eligat: si ad regem, in janua non sunt detinendi: adventus eorum ad regis aures, si non parvis sit negotiis interitus, deferendus: legentibus per viginti annos titulus & dignitas magna conceditur: Comes clarissimus sicut



ille qui ad latus principis invenitur, estimatur; vide etiam l. 1. tit. 1. p. 2. ibi: & Condem. actu docentes tributum immunitate, munerumque personalium exemptione funguntur; recognoscantur quæ lit. A. ex pag. præsertim 69. & seq. in add. hisp. & nov. subnectuntur.)

107 Canonico jubilato debentur etiam ea, quæ proveniunt ex emolumentis processionum, & anniversariorum, & aliorum, dummodo testatorum voluntas non obstet. Sac. Congr. Conc. in Romana 5. Martii 1678. & in Peruriana 17. Julii 1688. Et sic etiam fuerat decisum in Novariensi. Jubilationis, ubi proposito dubio, an frui deberent emolumentis anniversariorum, quæ sunt infra annum, quamvis iis non assisterent, duo Canonici ecclesiæ collegiæ S. Gaudentii Civitatis Novaræ, qui à san. men. Clemente X. obtinuerant indulgentiam hinc verbi conceptum: "Cum sicut exponi fecisti tu, qui in sexagesimo quinto ætatis anno constitutus, quadragesima & amplius annorum spatio residens, Nos &c. tibi, ut quoad viveris, à prædicta ecclesiâ abesse, ac interim omnia, & singula, fructus, redditus, proventus, iura, obventiones, & emolumenta quæcumque, nec non distributiones etiam quotidianas ordinarias, & extraordinarias, quomodolibet nuncupatas, & in quibusvis rebus consistentes, & undecumque provenientes ad rationem dicti canonicatus, & præbendæ, si in eadem ecclesiâ personaliter resideas, ac divinis officiis singulisque diurnis, ac nocturnis horis assidue intersis expectantes, & pertinentes, ac etiam solis presentibus, & divinis officiis, & horis prædictis assidue interessibus manualiter quotidie præstari; ac per eas iustificari solita, cum ea integritate percipere cum qua perciperes, nisi personaliter resideas, libere, & licite possis, & valeas, concedimus, & indulgemus." Sac. Congr. die 2. Octobris 1577. respondit Affirmative. Verum cum postmodum sub die 1. Julii 1676. in una Bituntina anniversariorum quaesitum fuisset: "An vigore indulti similis jubilationis Canonici jubilatus percipere valeret, & perinde, ac si choro personaliter interesset, emolumenta anniversariorum?" Eadem Sac. Congr. Negative respondit. Hinc ceteri Capitulares prædictæ ecclesiæ S. Gaudentii freti hæc postrema resolutione, iterum obtinuerunt proponi dubium: "An Canonici jubilati vigore præfati Brevis frui debeant emolumentis anniversariorum, quæ sunt intra annum, quamvis non assistant, ita ut standum, vel recedendum sit à decisio?" Et Sac. Congr. sub die 29. Nov. respondit: "In decisio quoad anniversaria fixa, & in quibus non est cautum." Et sic etiam in Romana iurium canonicatum 5. Martii 1705. in qua ad dubium: "An indultum vacandi à choro, aliisque divinis officiis ex causa infirmitatis concessum, valeat etiam pro laudemis, quinquenniis, capitulis, anniversariis, festivitibus, processionibus, ac quibuscumque functionibus in ecclesiâ peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta communia nuncupata, ac etiam victualia, & candelas? Respondit, Affirmative etiam quoad laudemiam, exceptis anniversariis, & aliis obventionibus non fixis, & in quibus diversimode fuerit à testatore dispositum: quæ etiam confirmata fuit die 20. Jun. 1705. Ex quibus omnibus, & aliis adductis in verb. Anniversarium num. 8. 9. 10. satis constat, quod indultum quantumcumque amplum non comprehendat anniversaria non fixa, & corporaliter interuentibus à testatore relicta, nisi in indulto sit expressa voluntas Papæ testatoris menti clare derogantis, & etiam talia anniversaria indultario explicate indulgentis. Anniversaria autem fixa, & alia similia, in quibus non adsit contraria dispositio testatoris, & fundatoris, participantur ab indultariis, ac si personaliter interesset, quamvis functionibus vere non intersint, & onera missarum aliis inuncta, pro rata non adimpleant. S. C. C. in Lanen. Sarzanen. 16. Maji 1635. in Urban. 29. Nov. 1687. & in Romana Jubilationis 24. Martii 1603. ubi proposito dubio: "An jubilato debeantur emolumenta processionum, etsi illis non interfuerit?" Respondit Affirmative. Canonici jubilati non tenentur, neque per se ipsos, neque per alios missam conventualem per turnum celebrare; Sac. Congr. Conc. in Aquipendii 27. Martii 1697. Epis-

copus non potest decernere, quod Canonici jubilatis vigore indulti non debeantur distributiones extraordinariæ, quæ vel ob absentiam, vel vacationem Canonico- rum interessentibus accrescant; nam pro his indultum suffragatur. Sac. Congr. Conc. in Romana 5. Maji 1703. & in Burgi S. Donnini 19. Aprilis 1704.

112 Constitutio Pastoralis san. mem. Benedicti XIII. tametsi jussit, ut præbenda primo vacatura post ejusdem præsentis publicationem, sive ad Nos, Scdemque Apostolicam, sive ad Ordinarium illius collatio, atque provisio pertinet, ipso jure, & absque ulla declaratione sit, atque esse censetur præbenda theologalis: nihilo tamen minus nisi Episcopus non deventerit ad ipsius erectionem in theologalem, minime ea habetur pro erecta in theologalem. Idque procedit sive de collegiata, sive de cathedrali agatur, ut respondit Rota in Sorana Canonicatus 8. Martii 1745. §. 10. & seq. cor. R. P. D. Canillac.

115 Pena autem Episcopi, qui non erexit canonicatum primo vacatum in theologalem, est ejus devolutio ad Sanctam Sedem: ceterum non prohibetur idem Episcopus alium secundum, vel tertium &c. vacatum, in theologalem erigere, ut prosequitur idem supremum Tribunal in dict. Sorana Canonicatus 8. Martii 1645. §. 12. cor. R. P. D. Canillac.

116 Quæstio autem est, num Episcopus attempta dicta constitutio canonicatum reservationi obnoxium erigere queat in theologalem? Huc etiam pertinet questio illa, an Episcopus spectata pariter eadem constitutio unire valeat canonicatum theologali simplex beneficium reservatum? Vide Rota in Biterren. Beneficiorum 14. Januarii 1731. §. 5. coram Eminentiis. Rezonico, & in Metropolitana beneficiorum 2. Decembris 1737. §. Insuper, & seq. cor. bon. mem. Peralta.

118 Canonicius theologice ex sepe dicta constitutio conferri debet per concursum. In eo autem intervenire debent quatuor Examinatores. Notandum autem hic est, quod si Examinatores sint synodales, non debent præterea esse in theologica facultate licentiatum. Sin autem synodales minime sint, necessario licentiatum in theologica facultate esse debent; ut ipsam constitutionem interpretando magistraliter, respondit Rota in Imolen. canonicatus theologalis 2. Aprilis 1753. §. 5. & plur. seq. cor. Illustr. Molin. ubi quod si non servetur forma conferendi à dicta constitutio præscripta, locus sit devolutioni ad Sanctam Sedem.

122 Et, quod majorem animadversionem meretur, electio personæ post dictam constitutionem non amplius pertinet ad Episcopum, sed ad ipsos Examinatores, ut respondit Sac. Congr. Conc. in Salernitana Canonicatus Penitentiarie 1. Septembris 1753.

123 Num canonicatum theologalem obtinere possit, qui non in theologia, sed in jure canonico doctor sit? Quum hodie (ita apposite inquit Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV. de synod. dioces. lib. 13. c. 9. n. 17.) hæc facultates tamquam ad invicem distinctæ diversâ ratione tractentur, & magisteria seorsum conferantur, staturique Concilium, ut is Canonici theologi eligatur qui in sacra theologia sit doctor; merito à Sacra Congregatione responsum fuit, ad consequendam præbendam theologalem generaliter loquendo satis non esse, ut quis in jure canonico doctoris gradum adeptus fuerit; in casibus tamen particularibus videri posse, an expediat eandem præbendam alicui sacrorum canonum magistro conferre, qui scilicet cum juris canonici lectione, ea quoque conjungere valeat, quæ pertinent ad theologiam moralem." Consulto eundem Institut. eccles. 57. num. 4. & plur. seq.

124 Quod attinet ad munus Canonici theologi, recte idem Summus Pontifex de synod. dioc. lib. 13. dioc. cap. 9. dioc. num. 17. inquit: "Decretum illud Tridentini Concilii, sive ejus verba considerentur, sive ratio habeatur praxi, & consuetudinis sequentium temporum, acque comprehendere scripturarum sacrarum expositionem, ac theologiæ scholasticæ disciplinam, & à Canonico theologo non magis suo muneri satisfieri, si sacros scripturæ libros explicet, & declaret, quam si in theologia

scholastica Clerum eradiat, dummodo hæc talis sit, qualem Melchior Canus tradendam, addiscendamque suadet, in suo lib. 8. de Locis Theologicis cap. 1. & quidem nos etiam indicavimus in nostra institutione 42. quæ scilicet circa questionis gravis momenti, & utilitatis versetur, easque pertractat allatis divinæ scripturæ testimoniis, Conciliorum decretis, & Patrum auctoritatibus. Uterius adnotavimus, nonnullorum Episcoporum mandato laudabiliter factum esse, ut per Canonici theologum ea traderetur theologia, quæ est de conscientis, & moribus dirigendis; id unum vero minime decisum fuisse, num juxta Concilii mentem Canonici theologus suum munus satis adimpleat, si explicando juri canonico operam præstet."

125 Quæ de Canonico theologo dicta sunt usque ad n. 12. ea locum itidem sibi vindicant, quoad Canonici Penitentiarum. Alia de Canonico Penitentiarum, vide apud Benedictum XIV. Instruct. ecclesiast. 107. §. 9. De Canonico jubilato consule Sanctarum. in animadvert. ad Cæcoper. lib. 2. tit. 6. ad Num. 8. ad num. 21. ubi illud valde notabile num. 20. quod si Canonici post obtentum indultum jubilatiõis ex causa servitii præstiti ecclesiæ per quadraginta annos, provideatur de novo canonicatu, seu dignitate in eadem ecclesiâ, licet repulerit novus Canonici, noviterque receptus, ita ut in choro, & aliis actibus ei debeat locus canonicatus noviter obtentus; nihil tamen minus haud indiget novo jubilatiõis indulto, sed vigore jam obtenti lucratur fructus, & distributiones secundi canonicatus, quia adhuc durat causa, pro qua fuit concessum. D

ARTICULUS X.

Quoad ea, quæ concernunt coadjutorias, Canonicos coadjutores, & coadjutos.

1 COADJUTORIA fuerunt inventæ principaliter, ne ecclesiæ ob impedimentum coadjuti suo defraudaretur servitio. Rot. Rom. part. 3. rec. dec. 392. num. 1. part. 5. tom. 2. dec. 602. num. 1. cum sequent. part. 6. dec. 39. num. 2. Et ideo permittuntur tantum ex causa necessitatis, vel evidenti utilitatis ecclesiæ. Rota part. 1. dec. 276. numer. 1. part. 6. dec. 20. num. 7. & 11. part. 16. dec. 20. n. 7. & 11. part. 16. dec. 112. num. 7. 25. & 28. Ita ut Papa concedendo coadjutoriam censeatur principaliter motus propter dictam necessitatem, & utilitatem ecclesiæ. Rota part. 7. dec. 113. num. 20. & 24. & dec. 255. numer. 16. cum seq. Licet secunda videatur voluisse coadjutori providere de beneficio, præveniendi tempus vacationis, quæ per obitum coadjuti esset successura. Rota p. 7. dec. 255. num. 19. cum sequent. & dec. 313. num. 31. Dicta autem causa debet à Sanctissimo diligenter cognosci. Rota part. 16. dec. 112. num. 5. Unde quamvis Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. cap. 7. vers. in Coadjutoris, staturit ut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittentur perpetua, & irrevocabiles coadjutorie cum futura successione cum præcis his verbis: "In coadjutoris quoque cum futura successione videm posthac observetur, ut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittantur." Tamen exinde propter prædictam causam multa fuerunt à Summis Pontificibus concessa, & adhuc in dies conceduntur coadjutorie cum futura successione in dignitatibus, canonicatibus, & portionibus cathedralium, & collegiarum à solo scilicet Papa, & non ab alio, quamvis sit Legatus, seu Nuntius; ut per Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 91. Nicol. Garz. de benef. part. 4. cap. 5. numer. 19. Monet. de distributionibus quotidianis part. 2. q. 1. num. 33. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 5. num. 15. & lib. 7. q. 20. num. 14. Ut tamen excludatur votum captandæ mortis, super quo est fundata reprobatio expectativarum, c. Detestanda 2. de concess. præbend. in 6. pro obtinenda coadjutoria exigitur consensus, & requisitio coadjuti. Rota part. 7. dec. 313. num. 27. & p. 16. dec. 112. n. 33. Qui consensus adnotari debet in libris publicis Cameræ, vel cancellariæ. Rota part. 18. tom. 1. 9. dec. 12. Et pro ipsa coadjutoria obtinenda requiritur etiam

consensus capituli, qui sufficit, quod datus sit à majori parte capituli. Rota part. 6. dec. 20. num. 9. Et insuper ad obtinendam coadjutoriam requiruntur literæ commendatiivæ Episcopi, vel capituli super qualitatibus coadjutoris, & indigentia ecclesiæ, licet plerumque hujusmodi literæ emendicatis favoribus extorqueantur. Rota p. 16. dec. 112. num. 17. Coadjutor vivente coadjuto non est vere Canonici, sed dicitur fictus Canonici, & beneficiatus. Rota part. 19. tom. 2. dec. 667. num. 12. & Sac. Rit. Congr. in Colimbrien. 16. Septemb. 1606. Et repræsentat tantummodo Canonici, & Beneficiatum. Rota part. 19. tom. 2. dec. 667. num. 13. Unde coadjutor fictus vere Canonici solummodo post mortem coadjuti. Sac. Congr. Rit. in Trullen. 21. Martii 1609. Coadjutor enim vivente coadjuto, sedere debet in ultimo loco post omnes Canonicos, & quando facit aliquas functiones, quæ pertinent ad suum coadjutum, ut cantare lectiones, prænotare antiphonas &c. debet illas facere in novissimo loco. S. C. R. in Conimbr. 16. Sept. 1606. in Patavina 3. Decembris 1616. in Brund. 18. Mart. 1617. in Casaleni 152. Julii 1617. in Vicen. 18. Aug. 1618. in alia Casaleni. 10. Dec. 1619. & in Elven. 2. Maji 1620. & Sac. Congr. Conc. in Casal. 13. Apr. 1690. Et sic non debet coadjutor gradatim ascendere; sed post omnes sedere, non obstante statuto in contrarium disponente. S. C. R. in Casal. 18. Dec. 1619. & in Elven. 7. Aug. 1622. Excipiunt tamen coadjutores dignitatum, qui idem prorsus stallum obtinere debent, quod obtinerent sui coadjuti, si presentes essent, & præcedunt Canonici, & dignitatibus inferioribus. Sac. Congr. Rit. in Nerion. 22. Octob. 1619. & in Brund. 29. Maji 1621. Coadjutor in absentia coadjuti præcedere debet Curatis, Plebanis, & Prioribus ecclesiarum parochialium, sicut & præcedunt veri Canonici. Eadem Sac. Congr. in Pistor. 15. Martii 1618. Rota part. 19. tit. 1. dec. 99. n. 1. Coadjutor, vivente coadjuto, stante divisione canonicatum in ecclesiâ cathedrali in ordines subdiaconales, diaconales, & presbyterales, & stante quoad coadjutor sit coadjutor Canonici Presbyteri, installandus est ultimo loco in ordine presbyterali. S. C. R. in Monopolitana Primicerii 17. Julii 1632. in Aesina 4. Martii 1644. in Januensi Stalli 14. Augusti 1665.

Immo, ubi præbendæ sunt distinctæ, præcedentia super Canonicos ordinis diaconalis, & subdiaconalis debent coadjutori Canonici coadjuti ordinis presbyteralis, quamvis coadjutor nondum sit sacerdos, sed in minoribus tantum ordinibus constitutus. Sac. Congr. Rit. in Aesina 31. Maji 1670. Ita præcedentia debetur ipsis coadjutoribus Canonico- rum aliorum ordinum super Canonicos inferiorum ordinum, etiam presentibus suis coadjutis, & per se ipsos inserventibus. Sac. Congr. Rit. in Aesina; ubi cum quaesitum fuisset: "A præsentem coadjuto Diacono, & per se ipsum inservente, illius coadjutor Diaconus debeat in choro, & functionibus ecclesiasticis, stante post omnes Canonicos ejusdem ordinis diaconalis tantum, vel potius post etiam Canonicos Subdiaconos in casu?" Sac. Congr. Rit. respondit die 4. Apr. 1705. Affirmative, quoad primam partem. Negative quoad secundam. In hoc est differentia inter coadjutores dignitatum, & coadjutores Canonico- rum, quia illi sicuti sedent in stallo dignitatis, ita debent facere functiones spectantes ad dignitatem coadjutam; coadjutores vero Canonico- rum, sicuti sedent post omnes Canonicos, ita non admittuntur ad honorarias functiones, si adsint alii Canonici, qui suppleant, juxta dispositionem ceremonialium lib. 1. cap. 26. de supplic. vicibus. Sac. Rit. Congr. in Ferrarisen. 2. Junii 1640. apud Pignatelli. tit. 2. cons. 185. num. 3. ubi addit, quod ob hanc regulam coadjutores, nunquam faciunt assistentiam Episcopo, si adsint veri Canonici, eadem Sac. Congregat. in una civitatis Castellii 14. Maji 1636. Coadjutores ex forma coadjutorie, extra suam ecclesiam, & sine capitulo nullam habent prærogativam, ac si non essent coadjutores: Unde in concursu cum aliis sacerdotibus non præcedunt nisi ratione antiquitatis in ordine. Ut sunt declarationes Sacræ Congregationis Rit. in Anconitana 18. Mart. 1623. tenoris sequentis; Sac. Congr. censuit, coadjutores dignitatum extra ecclesiam nullum habere privilegium, sed







dir. ad dict. cap. 5. sub num. 88. Barbosa Juris ecclies. univ. loc. cit. num. 81. & de Canon. loc. cit. num. 40. & in Trident. loc. cit. num. 31. Canonici tamen tenentur inservire, & ministrare coadjutori, prout tenebantur inservire proprio Canonico coadjuto in omnibus functionibus canonicibus Sac. Rit. Congreg. in Carac. 10. 67 Januarii 1689. Coadjutor non potest ordinari ad titulum coadjutoris; Gonzalez dict. gloss. 5. §. 9. num. 8. Monetata de opt. Can. cap. 5. a num. 169. Garzias de beneficiis part. 2. cap. 5. a num. 132. ubi subdit posse aliquem ordinari ad titulum coadjutoris, si forte ratione illius haberet congruam, non tamquam ad titulum beneficii, sed tamquam ad titulum pensionis Barbosa Juris ecclies. univ. loc. cit. num. 80. & de Canon. loc. cit. num. 39. & in Trident. loc. cit. num. 30. Coadjutor non intelligitur comprehensus in statuto, quod ex aliqua causa jubilate facit Canonicos. Sac. Cong. Rituum in Elboren. 15. Aprilis. 1606. in respons. ad 3. dub. Unde Rota apud Marches. de commission. part. 2. pag. 467. censuit, coadjutum non perficere suam jubilationem per servitium coadjutoris. 69 Canonici coadjutor, etiam coadjuto absente, non potest capitulis interesse, nec in illis votum dare, nec officium antianitatis exercere, nisi in literis apostolicis Jura hæc expresse concedantur, ut partibus auditis, censuit Sac. Congr. Concil. in Narnien. 29. Maji 1649. 70 Pro coadjutis, & coadjutoribus adhuc attendenda sunt resolutiones sequentium dubiorum; proposito enim dubio in Sac. Congreg. Concil. "An Canonici senio confectus, cui datus est coadjutor cum clausula, quod coadjuto impotente, aut inservire nolente, teneatur coadjutor inservire, si hujusmodi coadjutor postea gravi infirmitate oppressus, adeo ut de illius salute nulla sperare spes adsit, & sic inservire non valeat, teneatur idem coadjutus per seipsum inservire, ad effectum percipiendi distributiones quotidianas?" Ead. Sac. Cong. die 2. Maji 1643. respondit: "Coadjutum non teneri inservire." Quod postea ab eadem Sacra Congregatione die 29. Maji 1677. extensum fuit ad casum, in quo coadjutor esset infirmus etiam extra civitatem. "Hæc Sacra Congregatio censuit, Canonicum coadjutum non teneri inservire in locum coadjutoris infirmi; sed quia coadjutor est infirmus extra civitatem, supplicatur declarari, an etiam in hoc casu resolutio præfata locum habeat?" Sac. Congregat. &c. respondit affirmative. Et in una Romana distributionum die 19. Aug. 1730. proposito ad coadjutoribus dubio: "An lucra provenientia ex puncturibus, & absentis Canonicorum, quæ præsentibus accrescent, debeatur Canonicis coadjutoribus, utvis potius coadjutis, in casu &c.?" Sacra Congregatio Concilii respondit deberi Canonicis coadjutis, sic apud toties laudatum Lambertin. volum. 5. in regul. circa servitium chori §. 9.

Alia ad rem vide verb. Distributiones quotidianæ ferre per tot.

71 Cum scopus præcipuus articuli hujus sit in conspectu, perquam manifestum apparet, omnem ejus doctrinam non esse huic regioni applicabilem, quamvis prosit cognoscere; siquidem nequit dubitari, coadjutorias de patre ad filium, tamquam mali exempli, honestati oppositas, ad semel successione in ecclesiasticis beneficiis imaginem relegandam, esse sublatas (1), & absolute, ut sacris canonicis, ac dispositionibus conciliaribus contrarias cum futura successione prohibitas (2); nec personæ cuiilibet, cuiuscumque gradus, aut conditionis, permissas, præter casum urgentis necessitatis, evidentiæ utilitatis, in prælatiis tantummodo, & episcopatibus.

(1) Leg. 26. tit. 3. lib. 1. Otrosi, porque conviene al servicio de Dios, y es cosa deshonesta y de mal exemplo, que en las Iglesias catedrales y colegiales y otras, haya coadjutorias de padre a hijo, y que en una misma prebenda sirvan ambos: mandamos y encargamos a los Perlados y Cabildos, y personas eclesiasticas, que si algunas Bulas cerea de esto vinieren y les fueren notificadas, supliquen de ellas, y las envien ante lo del nuestro Consejo, para que alli las vean y proveen cerca de ello lo que convenga.

(2) Auct. Acord. 9. tit. 3. lib. 1. ibi: Que para deterrar de una vez toda especie ó imagen de sucesion en los Beneficios eclesiasticos, no se permitiesen en adelante semejantes coadjutorias con futura sucesion a ninguna

72 Consensus capituli, de quo verba facit Auctor num. 9. exquiri solet à Summo Pontifice in gratia coadjutoris cum futura successione, non ex aliqua necessitate, sed ex supradubanti, ut certior fiat de idoneitate coadjutoris; Card. de Luc. ad Concil. Trident. disc. 45. n. 10. Piton. discept. ecclies. 89. n. 10. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in prax. for. ecclies. tom. 2. adnot. 13. §. unic. num. 9. Mat. de caus. consist. scilicet. 22. num. 98. Ansaldo. in secund. addition. ad dec. 20. num. 24.

73 Quinimo necessarius neque est consensus capituli, tamen si eligendi, & quidem in omnibus mensibus, spectet ad ipsum capitulum. Atque hinc de subreptione gratiæ coadjutoris cum futura successione redargui ex eo nequit, quod expressum non sit jus eligendi in omnibus mensibus spectans ad capitulum; Math. de caus. consist. scilicet. 22. num. 99. & duob. seq. ubi hanc reddidit rationem: "Capitulis nullum competit jus eligendi, episcopali, seu abbatiali Sede plena; sed tale jus solum oritur vacante Sede, ac proinde dici non potest, quod per dationem hujusmodi coadjutoris, & futuri successoris Papa tollat jus, quod non est, sed potius quod Papa impediatur, ne orientur jus eligendi adveniente vacatione, quod non est quid considerabile." Rota inter impress. post Rem. de coadjut. dec. 22. num. 1.

74 An idem obtineat non narrato jure presentandi competentem patrono laico, vide apud Rot. in nov. dec. 71. num. 5. de præbend. & in recent. dec. 161. num. 46. & plur. seq. part. 12. & inter impressas post Remocamp. de coadjut. dec. 1. num. 24.

75 Nec literæ commendatiæ Episcopi, de quibus disseverit Auctor num. 10. sunt de forma coadjutorie cum futura successione, nisi doceatur, Papam fuisse deceptum circa necessitatem, & utilitatem ecclesiæ; Rot. in Cracov. coadjut. 14. Junii 1743. coram R. P. D. Canil.

76 Coadjutori debetur præcedentia supra alios Canonicos non à die apprehensæ possessionis coadjutoris cum futura successione; sed à die apprehensæ possessionis post obitum coadjuti, & quidem non obstante, quod gratia coadjutorie continet clausulam: Ex nunc, prout ex tunc, ut quiddid in contrarium innuere videatur Auctor num. 27. firmavit Rota in Majoric. Canonicatus 27. Novembris 1744. §. 7. & seq. & in Confirmatoria §. 4. coram bon. mem. Vicoconi.

77 Clausula: Etiam si actu nunc, vel modo præmisso, vel alio quovis modo actu vacet, apponi solita in gratia coadjutorie cum futura successione, licet sustinere nequeat gratiam, si beneficium de eo tempore vacaverit de facto; gratiam tamen sustinet, si vacaverit tunc beneficium de jure tantummodo; Garzias de benef. part. 4. cap. 5. num. 133. Leuren. de Vicar. tract. 2. cap. 10. quest. 428. num. 3. Rota cor. Manzaned. dec. 490. num. 10. & seq. & in Uladislavien. Archidiaconatus super coadjutoria 14. Januarii 1757. §. 4. cor. R. P. D. Parracian. nunc Eminent. Archiepiscopo Firmano. (Vi-

(Vide in leg. 10. & 111 tit. 16. part. 1. Conducunt tit. 2. lib. 7. Ord. Reg. tit. 4. lib. 7. Recop. Cast. & 21. lib. 8. Indiar. Vis agnosceret que per supradict. cit. decernantur, pergere non omittas ad lit. B. pag. 310 post num. 60. & 332. vers. Quomvis: lit. D. pag. 86. vers. Hic tantum: denique recognosce addit. hispanic. verb. Gratia, vers. Officia: hic melius patefunt.)

ARTICULUS XI.

Varia alia in supplementum de Canonicis.

SUMMARIUM.

- 1. **N**on licet novum habitum, sive signum à Canonicis cathedralis ecclesiæ absque Sedis apostolicæ auctoritate assumi: quando debent almutiar deferre: & an sint Canonici in dignitate ecclesiastica constituti, ad num. 3.
- 2. **Q**ue differentia circa Canonicos ecclesiæ cathedralis, & collegiatis, ad num. 8.
- 3. **E**piscopus quando sine Adjunctis possit in Canonicos procedere, ad num. 15.
- 4. **A** quo isti licentiam sint consequuturi, dum absentare se intendunt, ad num. 16.
- 5. **C**anonici per quem est erigendus, ad n. 20.
- 6. **Q**uid juris supernumerario Canonico competat; quis hie dicitur: que distributiones ab eo percipiuntur, ad num. 24.
- 7. **A**n sit permittendum quod Canonici in parochiam deputent Canonicum supernumerarium.
- 8. **A**uctoritas supplementa.
- 9. **E**x aliena manu additiones subnectuntur, ad n. 31.

1. **N**on licet novum habitum, sive signum à Canonicis cathedralis ecclesiæ absque Sedis apostolicæ auctoritate assumi; Sac. Congreg. Concil. in Taurinens. 21. Junii 1641. & in Tarvisina 8. Februarii 1659. Canonici, & præbendati, non possunt deferre almutias, cum uti singuli invitantur ad associandum funera, sed uti tantum possunt in casibus, quando incedunt collegialiter cum capitulo; Sac. Congreg. Episcop. in Placentina Funerum 2. Maji 1659. Canonici Cathedralium non sunt in dignitate ecclesiastica constituti, nisi late sumpto vocabulo, sed dicuntur Clerici primi ordinis; Sperell. dec. 167. num. 8. & 10. Panimol. dec. 1. adnotar. 6. num. 28. & duob. sequent. Monacell. tom. 1. tit. 1. formal. 4. n. 18. Sunt tamen Canonici cathedralis personæ in dignitate constitutæ, ad hoc ut possit eorum eis fieri translatio pensionis; Gratian. discip. 551. num. 18. Tondut. de pension. cap. 60. num. 30. Monacell. tom. 2. tit. 4. formal. 7. num. 1. Collegiata simplex præcedit omnibus ecclesiis simplicibus, & que tantum parochiales sunt; Sacra Congreg. Rituum in Senogalienti. 23. Martii 1619. etiam si antequam erigeretur in collegiatam illis cederet; Sac. Congreg. Rituum in Terracina. Bonivise 25. Februarii 1606. Canonici collegiatae de jure insignis præferuntur Canonicis collegiatis, quæ est insignis per indultum de recentis; seu collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à jure, præferitur habenti insignitatem ex privilegio posteriori; Sac. Congreg. Rituum in civitatibus Castellana præcedentia 13. Februarii & in Novatien. 8. Maji 1700. Canonici ecclesiæ collegiatae, quamvis peritissimus Doctor, eligi non potest in Judicem synodalem, etiam si non extent in cathedrali Doctor, saltem ita idonei; Sac. Congreg. Concil. in Alexand. quam citat, & sibi fuisse responsum assertit Massobrius de synodo diocæana cap. 4. num. 16. Canonici celebrans in ecclesia collegiata, non tenentur facere reverentiam Vicario generali present in fine missæ ante benedictionem; Sac. Congreg. Rituum 21. Februarii 1604. Canonico-rum ad privationem potest procedere Episcopus sine adjunctis ex causa, quod ordines suis præbendis annexos non susceperint. Sic decretum fuisse à Sac. Cong. Conc. referi Garzias de beneficiis p. 3. cap. 4. n. 21. Si Canonici Penitentiarium non faciat residentiam, & Episcopus velit procedere contra eum ad privationem canonicatus,

teneatur servare regulam præscriptam à Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform. ut respondit Sac. Cong. Conc. Episcopo Surien. qui cum supplicasset declarari: "An absente Canonico Penitentiarario ultra tres menses, & per alium inservire faciente, quoad munus Penitentiararii, contra eum servanda sit regula præscripta à Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. super privatione canonicatum ecclesiæ cathedralis, vel potius sit diversimode procedendum?" Die 7. Decembris 1697. Sac. Congr. Conc. censuit: "Canonium Penitentiararium esse comprehensum sub dispositione Concilii."

2. **C**anonicos vocare ad palatium episcopale potest Episcopus, & ii tenentur accedere; non tamen tenentur invocati à Vicario Sac. Congr. Rituum in Caracanen. 5. Martii 1633. Canonici cathedralis, & collegiatae debent retinere tabellam horariam, & officia divina persolvere statutis horis. Et propterea cura erit Episcopi Visitationis recognoscere tabellam horariam, & quatenus non adesset, aut inordinatam inveniat, illam præfinire, seu reformare non negligat ad formam tabellæ, quam approbavit Sac. Congreg. Episcop. in Arantina 30. Maji 1599. & per extensum referi Crispin. de Visit. part. 2. §. 20. numer. 11. Canonici ad discendum Cantum Gregorianum cogere potest Episcopus, & reitentes multatæ etiam poena non participationis distributionum quotidianarum, & subtractionis fructuum; Sac. Congreg. in Tropien. 9. Martii 1620. Canonici abesse volentes extra diocesim, tenentur semper petere licentiam ab Episcopo; sic decretum fuisse à Sac. Congreg. Concil. referi Pax Jorda. claudub. lib. 10. tit. 40. num. 73. vers. Attamen, testatur authenticam decisionem penes se retinuisse tenoris sequentis; Sac. Congreg. Concil. Trident. Interp. "Tametsi declaraverit nullam requiri licentiam, ad hoc ut Canonici abesse possint in mensibus ab eodem Concilio permissis, censuit tamen, hanc declarationem non vindicare sibi locum, quoties Canonici abesse volent extra diocesim; proinde hoc casu Episcopi licentiam abesse nobis mandam: ceterum Episcopum non debere illam abesse que rationabili causa denegare." Unde patet, quod concurrente honesta, & rationabili causa absentie non potest ab Episcopo denegari Canonico licentia se absentandi, aliis datur recursus ad superiorem, qui licentiam Ordinarii suppledo ipse concedat, vel ut Ordinarium compellat ad illam dandam, ut docet Abbas in cap. Relatum de Clerico non resid. num. 6. ubi ampliat, quod propter necessitatem subito, & inopinate occurrentem, possit Clericus, qui residentiam habet, se absentare absque licentia Ordinarii consideratis tamen qualitate cause, ac præjudicii, & facilitate petendi licentiam. Canonici absens de licentia Sac. Congreg. cum clausula Dimissa tertia parte fructuum, dimittit eam tertiam, quæ superest, detracta pensione; Sac. Congreg. Concil. 3. Jul. 1690. pro Canonico S. Laurentii in Damaso urbis, licet ut asserbatur in Basilicis Majoribus ejusdem urbis detractio fieret à toto præbende fructu, nullo habito respectu ad pensiones canonicatum erigere Episcopus non potest sine consensu capituli; Sac. Congreg. Concil. in Clodien. 5. Julii 1608. in Aquinaten. 20. Februarii 1677. in Nazarien. 20. Septembris 1692. & in Sabinen. 14. Aprilis 1696. Si tamen Canonici irrationabiliter remant præstare consensum erectioni novi canonicatus, superior supplet; Sac. Congreg. Conc. in Sabinen. 1. Jul. 1696. Et etiam suppleri petebatur in alia Almerina 25. Junii 1695. in qua Episcopus cupiens in executionem legati testatoris duos canonicatus erigere de novo, capitulum assensum præbere tenuit ob deficientiam reddituum, & ideo fuit rescriptum: Firmetur status hereditatis, ut dignosci possit, an capitulum rationabiliter se opponeret, nec ne. Immo non potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua ecclesia creare Canonicos supernumerarios absque consensu capituli, & Canonico-rum; Sac. Congreg. Concilii in Fulginiens. 26. Februarii 1639. Canonici supernumerarii, neque ad futuram præbendam creati potest, quia hujusmodi expectativæ fuerunt abrogatæ à Sacro Concil. Trident. sess. 24. cap. 19. de reformat. Ita Sac. Congreg. Concil. in Tirasonen. 30. Maji 1688. in qua fuit denegata confirmatio talis electionis, seu institutio-



- 21 tionis. Canonici supernumerarius receptus simpliciter de mandato Papæ in aliqua ecclesia, in qua est certus numerus Canoniorum, non alii derogando, aut non mandando recedi cum plenitudine Juris canonialis, non habet Jus canonie, stallum scilicet in choro, & vocem in capitulo, & alias omnes prerogativas, quibus ceteri Canonici gaudent. Canonici vero supernumerarius receptus cum expressa Papæ derogatione de certo Canonico numero, vel cum plenitudine Juris canonialis, habet tale Jus canonie, id est, stallum in choro, vocem in capitulo, & alias omnes prerogativas quibus gaudent ceteri Canonici; *Lex. Zech. cap. 24. de Canon. n. 4. vers. Causa vero, ubi subdit quod quando à Papa impetratur canonicatus, qui sit supra numerum, debet id in literis exprimi, aliàs impetratio non valeret. Pavin. de potest. c. Sede vacante. prælat. 5. num. 15. Hojed. de incom. benef. part. 1. cap. 12. n. 6. Steph. Gratian. discept. forens. tit. 5. cap. 867. n. 1. Barbos. de Canon. cap. 3. num. 15.*
- 22 Canonici autem supernumerarii ordinariè dicuntur illi, qui in Canoniorum collegium cooptantur, & Canonici creantur ultra numerum certum præbendarum, & canonicatum, absque ulla præbenda illis statim attributa, ut ex Gloss. & Abbat. in c. Cum M. Ferrariensis 9. de const. resolvit Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 11.
- 23 quest. 13. Barbos. de Canon. cap. 3. num. 12. Si Canonici supernumerarii fuit admissus per capitulum simpliciter sine præbendarum suorum Jurium, quotidianas lucratur distributiones; Rota part. 18. recent. tom. 1. de cir. 364. n. 14. Canonici supernumerarii, qui ex privilegio apostolico in aliquam ecclesiam recipiunt, cum eo quod solum participant de distributionibus quotidianis, & nullam obtineant præbendam, sed ad primam vacantiam juxta eorum prioritatem admittantur, non tenentur habere majorem ætatem, quam quatuordecim annorum, dummodo non optent, nisi cum ætatem requisitam habuerint; S. C. C. in una Venafren. 13. Martii 1603.
- 25 Potest permitti, quod Canonici deputent in parochum Canonico supernumerarium; cum hoc non sit incompatible; Sac. Cong. Conc. in Fulginat. 14. Martii 1648.
- 26 Dignitatem novam in cathedrali ecclesia erigere nemo potest, nisi unus tantummodo Summus Pontifex, ut pluries decisum in Sac. Congr. Conc. notatur in tract. de Synodo dioces. lib. 7. cap. 75. §. 8.
- 27 Brevis novus canonicatus est subreptitia, si Summo Pontifici non fuerit expressum statutum prohibens augeri numerum canonicatum. Neque alicujus efficacia est generica statutorum derogatio, quia non censetur Summus Pontifex derogare voluisse statutarie prohibitioni non expresse; Rota in Fanen. suppressionis 4. Jun. 1742. cor. R. P. D. Caniliac.
- 29 De Canonici novæ erectionis frequens est disputatio, an & quomodo participant proventus capituli, tum an, & quomodo teneantur ad onera capituli? Vide de prima disputatione Rot. in Senogaliten. successionis 30. Junii 1738. cor. bon. mem. Nunez, tum & maxime in Vercellen. functionum 14. Jun. 1738. §. 28. Nov. 1742. utrobique fere per tot. cor. bon. mem. Vais, & de secunda disputatione consule idem supremum Tribunal in Viterbien. contributionis onerum, & expensarum 15. Junii 1745. cor. R. P. D. Elephantuc.
- 31 De præcedentia quoque ipsis debita quæri solet; Ad sacrum auditorium in Novarien. præcedentia 11. Decembris 1712. cor. bon. mem. Barbadic. §.

CANONICI REGULARES.

Quoad beneficia curata, &c.

- \*\* Canonici Regulares Lateranenses, & Sanctissimi Salvatoris incapaces declarantur obtinendi beneficia secularia, & pensiones ecclesiasticas, & accedendi ad concursus pro ecclesiis parochialibus, & præbendis theologalibus, & penitentiariis. Bened. XIV. tit. 1. const. 135. incip. Quod inscrutabili per tot. & signanter §. 14.
- Dicti Canonici provisi de beneficiis curatis, aut residentialibus, prohibentur à claustris discedere absque in-

dulto apostolico. Idem *ibid.* §. 15. Provisi de beneficiis simplicibus, aut pensionibus ecclesiasticis jubentur intra claustra manere sub penis contra Apostatas *ibid.* Quia tamen regulæ inserviant laxiori, indulgentia apostolica facilius ipsis sunt concedenda, Idem *ibid.* §. 16.

Quando à patronis præsentari valeant ad ecclesias curatas, & canonicatus, seu præbendas seculares, assignatur, *ibid.* §. 17. & 18. Item quomodo ab Ordinariis provideri possint sine concursu; *ibid.* §. 29. Item quomodo ad concursus admitti; *ibid.* §. 21. Item quomodo provideri de parochia, aut præbenda theologali, vel penitentiaria extra concursum; *ibid.* §. 23. Item qua ratione eorum superiores præstare debeant consensum pro hujusmodi provisionibus; §. 17.

Præfati Canonici resignationes, coadjutorias, beneficia simplicia, & pensiones ecclesiasticas, à Summo Pontifice dumtaxat obtinere possunt. Idem *ibid.* §. 24. Obviantes parochias seculares, aut beneficia residentialia, non compelluntur habitum religionis gestare, nec socium sui ordinis retinere. Idem *ibid.* 27. Nec à superioribus regularibus ad claustra revocari possunt. Idem *ibid.* §. 25. Ad quæ nihilominus redire coguntur, si parochiam, aut canonicatum resignaverint, vel de ipsis per sententiam privati, aut perpetuo suspensi, & inhabilitati fuerint. Idem *ibid.* §. 28. Non vero si coadjutorem acceperint, aut jubilationem obtinuerint. Idem *ibid.*

Canonici Regulares Ordinis Hospitalarii S. Spiritus, & ejusdemque Ordinis Moniales in Hispaniis, & Polonia existentes, subjunguntur Ordinariis locorum, & eximuntur à Jurisdictione prætoris generalis S. Spiritus in Saxia de urbe. Idem *tom. 1. const. 15. incip. Sæpe Romanorum.*

Canonici Regulares S. Augustini monasterii Utiensis in Alpibus secularizantur, & habiles imposterum possidendi, hæreditandi, & testandi, ac absoluti ab omnibus præfessæ regulæ observantiis, excepto voto castitatis, ut alii seculares presbyteri, declarantur. Idem *tom. 2. constit. 56. incip. In sacrosancta.*

Canonici Regulares Præmonstratenses parochias ecclesias etiam seculares, & vicarias obtinere possunt, & retinere sine apostolica dispensatione; sic declaravit idem Pontifex Benedic. XIV. die 5. Septembris 1751. constit. incip. Oneroso.

Canonici Regulares, quomquam sint capaces beneficii curati, ex textu cap. Quod Dei timorem, de statu Monachor. non sunt tamen beneficii simplicis, ut ex pluribus decretis Sac. Concil. Congreg. firmatur. Idem *instit. eccles. 98. §. 2.* Sicut nec beneficiorum residentialium non parochialium, ut ex sensu multorum Canonistarum; *ibid.* §. 3.

Nec possunt parochias laicas recipere cum sola licentia Abbatis generalis; sed requiritur facultas Summi Pontificis; *ibid.* §. 5.

Canonici Regularibus rescripta & brevia pro exercendo advocati munere nunquam conceduntur; quod est conforme cap. Ex parte tua, de postulando. Idem de Synodo diocesana lib. 3. cap. 10. §. 12. nov. edition. (Vide verb. Parochus in addit. hispan. art. 1. & 2. verb. Quæ Regulares, art. 1.) \*\*

CANONIZATIO SANCTORUM. Vide verb. Veneratio Sanctorum.

CANTIONES. Vide verb. Ecclesia art. 5. n. 41. verb. Luxuria num. 86. & 87. verb. Processio num. 53.

CANTUS.

CANTUM in divinis laudibus adhibere, ritum esse vetustissimum, ab ipsis quoque Christi & Apostolorum exemplo originem trahentem, docet Sanctus Augustinus *epist. 55. ult. edit. cap. 28.* Nequaquam tamen ubique eodem tempore, neque ab omnibus æque receptum, & probatum fuisse fatendum est. Testis enim est Sanctus Augustinus *lib. 9. Conf. cap. 7.* suo tempore primum à S. Ambrosio in ecclesia Mediolanensis institutum fuisse, ut hymni & psalmi canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus memoris tædio contabesceret. Mos Orientalium erat ut hymni & psalmi alternatim canerentur.

nerentur. Quæ disciplina ab omni plane ævo probata, atque recepta, hodie quoque viget in ecclesiis; ita ut unusquisque psallentium, aut recitantium horas canonicas tam publice, quam privatim, suo muneri satisfaciatur, si quisque alternatim versus psalmodum, aut hymnorum recitet, licet nec psalmodum nec hymnorum versus ab altero socio, vel choro rectitatos privatim repetat. Decantatio distincta divini officii excitementum est singulare ad devotionem. Quod intendens piissimus Mediolanensis Antistes Sanctus Carolus decrevit; ut: "Omnes in choro divina officia, ut temporis ratio postulat, alternis vocibus canant, recitent, attentèque audiant; idque non cursim, non perturbate, non oscitanter, sed leniter, distincte ac studiose faciant." Distincte canere est canere non syncopando, non mutilando, non cursim, non festinanter, non commiscendo verba vel syllabas, faciendò pausam in medio, vel intra unumque versiculum. Hinc mellifluis pater filius suis hoc monitum reliquit: "Psalmodiam, inquit, non nimium protrahamus, sed rotunda & viva voce cantemus. Medium & finem versus simul intonemus, & simul dimittamus. Punctum nullus teneat, sed statim dimittat. Post medium bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere, & nimis currere præsumat, aut post alios pneuma trahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausemus, semper auscultando. Quicumque incipit antiphonam, aut psalmum, hymnum, responsorium, alleluia, unam aut duas partes solum dicat aliis tacentibus; & ab eo loquendo ille dimittit, alii incipiunt, non repetentes quod ille jam dixit. Monemus vos, dilectissimi, ut sicut reverenter, ita & alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parentes vocibus, non præfessæ verba dimidia, non integra transientes, non fractis, & remissis vocibus muliebre quiddam de vnatæ sonantes, sed virili sonitu & affectu voces Sancti Spiritus deprementes." (Vide *lit. B. p. 371. col. 1.* \*\*\*

CANTUS GREGORIANUS.

Cantus Gregorianus in choro, aliisque functionibus, à fratribus, & monialibus ordinis minorum Sancti Francisci de Paula peragendis, adhiberi præcipitur. Benedic. XIV. constit. incip. Romanus Pontifex.

CAPPA.

- 1 \*\*\* CAPPA est antiquior habitus choralis, ac proprius
- 2 Canoniorum. In collegiatis insignibus concessi solet Canonici per Sedem Apostolicam nobilior habitus cappæ cum rochetto, ut tradit Conradus in *praxi benef. l. 2. cap. 14. n. 3. & 14.* Per concessionem cappæ intelligitur quoque concessus usus rochetti: quod probatur à Carol. Dufresne in *verb. Cappa, vers. Cappæ chorales.* Non desunt exempla, quod hujusmodi insignia, nedum Canonici concessa fuerint per Sedem Apostolicam, sed imo etiam inferioribus Clericis, ut de usu cappæ concessio Capellanis ecclesie Ferrariensis ex decreto Sac. Congr. 28. Januar. 1606. testatur Barbosa cum aliis. Certum est, quod si ecclesia cathedralis non habeat usum cappæ & rochetti, non solet, nec debet idem usum concedi ecclesie collegiatae: nam cum majoritas habitus majoritatem personæ designet, juxta textum in c. Ut Apostolica, de *privileg. in 6.* incongruum est, quod collegiata nobiliori habitu suam cathedralem antecellat, ut notat Conradus in *praxi benef. cap. 14. num. 15. vers. Sane, & resolvit Sac. Congr. in Trojana indulti cappæ canonialis 10. Septembris 1701.* ad relationem Eminenti. D. Card. Coloredi. Sed excipitur videtur casus, quod in limine erectionis ecclesie collegiatae aliquis laicus de suis bonis eam dotando desiderasset hunc habitum nobiliorem; nam tunc summus Pontifex deferre solet desiderio dotantis, qui ita & non aliter voluit ecclesiam dotare, eamque erigi facere in collegiatam, ut apud Carill. *dectis. 76. n. 12. & seq. & adverteit Conradus dicto cap. 14. num. 16.* Quoties autem cathedralis habeat ex indulto

usum cappæ & rochetti, seu alium, non potest idem habitus concedi collegiatae; quia debet esse distinctio inter Canonicos cathedralis, & collegiatae; tamquam inter majores & minores. Hæc procedunt, si cathedralis & collegiata sint in eodem loco; sed si distent inter se, ita ut uterque Clerus non conveniat in functionibus, contrarium sustineri posse videtur; nam tali casu cessat indecentia, & incongruentia ob distantiam utriusque Cleri. Usus cappæ & rochetti est de regalibus Summi Pontificis, & eorum concessio pendet ab ejus absoluta potestate, & ipse solus habet interesse. Cappa & rochetum non denotant jurisdictionem, sed solum perfectionem, gravitatem, & ornamentum personarum, ut tenet Ceccoper. *Lucub. Canonie. l. 1. n. 93.* Cappa & rochetum gestari possunt non solum in ecclesia, sed etiam in processionibus & aliis functionibus ecclesiasticis, cum sit privilegium personale; quod non circumscribitur loco, ut resolvit Sac. Rit. Congreg. 19. Augusti 1634. & testatur Ceccoper. *ibid. l. 1. n. 92. & 93.* \*\*\*

CAPPELLA. SUMMARIUM.

- 1 CAPPELLA in quo differat à capellania, ad n. 3.
- 2 Quoniam veniam sub nomine capella, ad n. 14.
- 3 Capella pro altari accepta quomodo sit dotanda, & à quo, ad n. 27.
- 4 Quid probent inscriptiones, arma, & insignia in aliqua capella reposita, ad n. 36.
- 5 Capella regie qua sint jura, & privilegia, ad n. 47.
- 6 An possit Episcopus visitare cappellas Regularium, ad n. 52.
- 7 Et illas privatorum, ad n. 54.
- 8 Quæ sit Episcopi auctoritas circa dispensationem missarum de una capella in aliam.
- 9 Quæ capella gaudeant immunitate ecclesiastica, qua vero non, ad n. 61.
- 10 Capella an vendi & alienari possit.
- 11 Subveniuntur supplementa Auctoritatis, ad n. 75.
- 12 Item Additiones ex aliena manu, ad n. 78.

CAPPELLA, & capellania sæpe pro eodem accipiuntur, ut probat Gloss. 1. in clementin. 2. vers. Quid de Capellanis, vel Beneficio altarium de decimis, Felin. in c. rescripti. num. 2. vers. Naturam vero istorum altarium, sive capellanarium, Fagnan. in cap. Exposuisti, de præbend. num. 3. Sed revera capella, & capellania inter se differunt, quia capella proprie est locus privatus in ecclesia, vel extra ecclesiam positus, vel sacratum: cap. Quisquis, vers. Capellæ 17. quest. 4. Fusch. de visit. l. 3. cap. 11. n. 6. Alphons. de Leone de offic. Capellani part. 1. quest. 3. sect. 1. num. 1. Barbosa juris eccles. univers. lib. 2. cap. 8. num. 17. Capellania vero definitur, quod sit onus celebrandi annuatim certas missas in capella, vel altari. Vass. tit. 3. in 3. part. S. Thomæ disp. 234. n. 28. Perez de Lara de annivers. & capell. l. 2. cap. 1. num. 2. Alphons. de Leone de offic. Capellani part. 1. quest. 4. sect. 2. num. 19. Barbosa juris eccles. univers. l. 3. c. 5. n. 1.

Capella plerumque accipitur in Jure pro modica ecclesia; ut in c. & per tot. de capellis Monach. Aliquando sumitur pro ecclesia parochiali, ut c. Exposuisti 33. de præbend. Interdum intelligitur nomine capellæ ecclesia collegiata, ut cap. Cum Capella 16. de privilegii. Quandoque sumitur pro ecclesia Jurispatronatus, ut c. Nobis 25. de Jurispatronatus. Frequenter etiam pro capella veniunt sacrorum solemnium, quæ coram Papa, & Cardinalibus, seu aliis magnis Principibus & Prælatiis peraguntur, ut per Card. Paleot. de Sac. Consistor. comp. part. 5. q. 11. pag. 313. lit. B. & de his capellis pontificis plura sanxit Sixtus V. in constitut. incipient. Egredia. Frequentius tamen, & magis proprie pro capella intelligimus sacellum, seu oratorium, id est, locum Deo consecratum intus, vel extra ecclesiam: cap. Quis-